



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et  
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ  
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarij  
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

**Barbosa, Agostinho**

**Venetiis, 1643**

19. Quando, & quomodo sit audiendus, qui prætendit se per vim, aut metum, seu ante debitam ætatem professum fuisse.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14108**

- diff. 3. q. 1. num. 2. vbi q. 3. tenet non esse prohibitum pueris Religionis ingressum persuadere, vel benevolentiam munieribus absque viro pacto captare.
6. *Aut aliam quameunque mulierem, &c.* Ergo cogentes viros ad Religionem non ligantur censura huius decretri, ut per Soar. d. dispe. 2. 3. sed 3. 5. num. 8. Sanch. d. cap. 4. num. 3. Filiuc. in quest. moral. tract. 14. cap. 5. q. 7. num. 39. verb. dico secundum Portel. in addit. ad dubia Regularia verb. Moniales num. 7. Bonacim. d. dispe. 2. q. 2. punto 2. nu. 15. Et. Ludou. Miranda d. conclus. 2.
7. *Praterquam in casibus in iure expressis.* ] Veluti, si quis cogeret terminam ad ingredientium monasterium in penam aliquius peccati, vel ad cautionem pudicitiae, vel alia iusta de causa à iure permisita, ut per Soar. d. sect. 5. nu. 9. Filiuc. d. num. 89. vers. tertio, Bonacim. d. punto 2. nu. 14. vers. dixi.
8. *Ad ingredientium monasterium, &c.* Cogentes mulierem monasterium ingredi non excommunicari ingressu non sequitur, resoluunt Nadarr in man. cap. 27. num. 51. & d. consil. 55. de sentent. excommunicat. in antiquis, alias consil. 5. de Regular. in nouis. Sayr. d. decis. 51. de sentent. excommunicat. Fr. Ludou. Miranda d. conclus. 2. Ego ipse d. alleg. 104. num. 7.
9. Cogentes feminam ad monasterium ingressum, non ut profitetur, nec ut habitum sumat, sed ut ibi secula-
- ri retento educetur, donec aetatis apte matrimonio sit, in hac anathematis penam non incidere, tradunt Nauarr. consil. 56. de sentent. excommunicat. in antiquis, alias consil. 6. de Regular. in nouis. Zerol. d. verb. Moniales. §. 14. Soar. d. sect. 5. num. 9. Ego ipse d. alleg. 104. num. 5. Filiuc. in q. moral. tract. 14. cap. 6. num. 89. Portel. in addit. ad dubia Regularia verb. moniales num. 14. Diana moral. resol. p. 2. tract. 1. mi. cel. resol. 36. Id tamen limitant Sanch. d. cap. 4. num. 12. Portel. d. verb. Moniales. num. 14. Fr. Emman. in sum. com. 2. cap. 8. num. 10. Hieron. Roderic. d. resol. 101. num. 31. Bonacim. d. punto 2. num. 10.
10. Simili quoque, &c. ] De excommunicatione contrahentibus feminas à Religione, latè Bonacim. de censur. extra Bullam. dispe. 2. q. 2. punto 3. Soar. de censur. dispe. 23. sect. 7. num. 9 & 10. Filiuc. tract. 14. cap. 6. q. 5. ad fin. numer. 90. Sanch. d. cap. 4. nu. 15. Sayr. in clavis Regia. lib. 5. cap. 1. nu. 27. cum seqq.

*Quando, & quomodo sit audiendus, qui prætendit se per vim, aut metum,  
seu ante debitam etatem professum fuisse.*

C A P T X I X,

1. *Dòctores de materia cap. agentes.*
2. *Comprehendit moniales.*
3. *Habet locū in Regularibus etiā Ordinū Regulariū.*
4. *Metus reverentialis an annulet professionem.*
5. *Professus nulliter non potest sine crimine apostasia ad seculum redire.*
6. *Regularis non auditur super nullitate sua professionis nisi intra quinquennium causas reduxit coram Superiore suo & Ordinario.*
7. *Quinquennium ad reclamandum quando incipiat.*
8. *Reclamare potest etiam post quinquennium qui intra illud reclamare non potuit.*
9. *Religiosus, ut possit audiri post quinquennium, quid facere debet.*
10. *Restitutio aduersus lapsum quinquennij pro casu bode concedatur.*
11. *Ignorantia, vel impedimentum reclamandi intra quinquennium non potest probari iuramento ipsius ignorantis, vel impediti.*
12. *Minor aetate, qui in foro conscientiae sua professionis nullitatem scivit, nec illam ratam fecit intra quinquennium transacto illo adhuc in foro exteriori potest reclamare.*
13. *Professionem quis ratificare presumitur in dubio intra quinquennium eo transacto.*
14. *Religiosus, & verè professus non est qui ob vim, vel metum professionem emisit, si illam non ratificavit, & solum in foro externo presumitur esse Religiosus.*
15. *Religiosus per vim & metum non tenetur etiam post lapsum quinquennij in foro conscientiae ex voti seruare occulte regulas Religionis, nec vota seculo scandalio.*
16. *Religiosus volens ratificare priorem professionem irritam fit versus Religiosus, nec requiritur ut annum nouitatus iteret.*
17. *Cōsensus, & acceptatio superioris de novo non requiri*
18. *Professus nulliter necessariò scire debet suam professionem esse inualidam, ac eam ratificet, ut de irrita valida sit.*
19. *Inhabiles ad profidendum possunt reclamare etiam transacto quinquennio.*
20. *Professi nulliter ob non seruatam formam prescriptam a Sixto V. in eorum informatione, possunt post quinquennium reclamare.*
21. *Regularis deducens intra quinquennium nullitatem professionis, tenetur eam probare coniunctim coram Ordinario, & proprio superiore Regulari monasterij in quo professionem emisit.*
22. *Superior monasterij non Religionis.*
23. *Causa nullitatis professionis nulla proponenda sunt coram superiore & Ordinario copulatiue.*
24. *Professionem nullam allegare non potest habitum sponte dimittens.*
25. *Si habitum temere, & absque causa dimiserit.*
26. *Regularis nullus vigore cuiuscunq; facultatis se transferre potest ad laxiorem Religionem.*
27. *Papa potest solam licentiam concedere ad transiendum ad laxiorem.*
28. *Papa non solet concedere licentiam transiundi ad laxiorem, nisi ex iustis & legitimis causis.*
29. *Prelatus Papa inferior potest existente legitima causa dispensare Regularem ad laxiorem Religionem.*
30. *Decretum praesenti intellectus a Dottoribus citatis presulibus.*
31. *Cause legitima, & instae, quibus dispensari possit Religiosus quatenus de una Religione ad aliam laxiorem transire valeat, referuntur.*
32. *Regularibus ad strictiorem Religionem transire voluntibus sufficit petitia, licet non obtenta licentia a suis superioribus.*
33. *Religiosi Ordinis sanctissime Trinitatis non possunt ad*

- ad alium quemcumque etiam Mendicantium Ordinem se transferre, nisi, &c.  
 34. Regulares Ordinum Mendicantium non possunt transire ad alium Ordinem, preterquam ad Cartusianos,  
 35. Regulari non est concedenda licentia occulte ferendi habitum,  
 36. Habitum sine causa occultantes Religiosi incident in excommunicationem.

<sup>a</sup> Cap. puel-  
la 20. q. 1. c.  
curo virum,  
de regn.

<sup>b</sup> Conc. Arez.  
lat. 1. c. vlt.  
Concil. Arez.  
lat. 2. c. 5.

**Q** uicumque & regularis pretendat, <sup>a</sup> se per vim, <sup>b</sup> & metum ingressum esse religionem, & aut etiam dicat, ante statum debitam profissum fuisse, aut quid simile, velitque habitum dimittere quacumque de causa, aut etiam cum habitu discedere sine licentia Superiorum, non audiatur, & nisi intra quinquennium tantum a die professionis, & tunc non aliter, nisi causas quas prætenderit, deduxerit & coram Superioro suo, & Ordinario. <sup>b</sup> Quod si ante habitum sponte dimitterit, nullatenus ad allegandum quacumque causam admittatur, sed ad monasterium redire cogatur, & tamquam apostata puniatur, interim vero nullo privilegio sua religionis inuenitur. Nemo etiam regularis cuiuscumque facultatis vigore & transferatur ad laxiorem religionem, nec detur licentia euiquam Regulari occulte ferendi habitum sua religionis.

1. **V** Ide Nauarri, commento 4. de Regulari, num. 73. & 77. Zerol, in praxi Episcop. part. 2. verb profissio, §. 2. vni. verum. Fr. Emman. quest. regulari, tom. 3. quest. 17. art. 16. & seq. Spin. in speculo testamenti gloss. 12. princip. num. 62. cum seqg. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 13. quest. 5. num. 45. cum seqg. Fr. Joan. a Cruce de statu Relig. lib. 1. cap. 8. dub. 4. verb. secunda conclusio. Francisc. Leon. in thesauro fori Ecclesiastice parte 2. cap. 1. num. 42. Ludovic. Beja. respons. casuum conscientie. pars. 4. casu 18. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori Ecclesiastice. decis. 6. 7. in 1. edit. alias resol. 629. in 2. edit. & in praxi aurea. resolus. 18. & in decis. curia. Archiepiscop. Neapolitanus. part. 4. decis. 48. Azor. instituti moral. part. 1. lib. 12. cap. 4. 9. 10. Campan. in diuisorio iuri canon. rubric. 12. cap. 13. num. 129. Sanchez de matrim. lib. 7. disput. 37. Porte. in dub. regulari verb. professionis nullo reclamantibus. & cum seqg. Vilialob. in summa pars. 2. tract. 35. difficult. 25. num. 4. cum seqg. Leff. de iustit. lib. 2. c. 41. dub. 7. num. 63. Flores de Mena variarum lib. 3. 9. 23. num. 68. Armenclar. in addit. ad resolut. legum Nazare. lib. 2. tit. 18. l. 7. de Religion. num. 38. & 51. Fr. Ludovic. Mitanda in manual. Prelator. tom. 1. quest. 30. art. 1. cum seqg. Sanctarel. variarum resolut. quest. 48. per rot. Joan. Valer. de differens. inter variarumque forum. verb. Regulari. different. 2. Nouari. in singul. Canon. conclus. 116. Bonacini. de clausura. & ponit eam violentibus impotitis. quest. 2. punto 10. Hieron. Roderic. in compend. quest. regulari. resolut. 101. num. 68. cum seqg. Vilialob. in summa. tom. 2. tract. 3. diff. 25. Lezana in summa quest. Regulari. c. 2. a. num. 7. Diana moral. resolut. part. 3. tract. 2. resol. 62. Nouari. in tertia Regulari. verb. nullitas. Rota in Meten. professionis 2. Junij 1636. coram R. P. D. Carillo. imprestia per Tamburin. de iure Abbatissar. decis. 3. num. 16. D. Felician. de Vega Archiepisc. Mexican. ad cap. generabilis 20. num. 17. de iudic. idem Tamburin. tom. 3. de iure Abbatum. disput. 5. quest. 11. num. 84. & disput. 6. quest. 25. cum seqg. metuipsum de officiis. & potestis. Episcopi. part. 3. allegat. 104. num. 10. cum seqg.

2. **a** Quicunque. [Seu quicunque. vt ait Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. Montalis. vers. ad secundum respondetur.]  
 3. **b** Regulari. [Ettiam Ordinum Militarium. vt refert de cism Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 8. num. 62. & nuncipatum hoc decreto comprehendit Milites S. Ioannis Hierosolymitanii testantur] resolutum Armendar. d. 1. 7. de Religionib. num. 51. Gonzal. d. gloss. 8. num. 61. Narbona 1. 8. gloss. vni. num. 13. art. 5. lib. 1. Recop.  
 4. **&** Et metum. [Regularem.] qui professionem per vim, vel metum celebravit, posse contra illam reclamare, per hunc text. resolutum Tamburin. d. tom. 3. disput. 6. quest. 26. num. 7. Sed quid si metus reuerentialis sit, an annullet professionem, vide Couarti de flos. al. part. 2. cap. 1. §. 6. num. 7. & 8. Henr. in sum. lib. 11. cap. 9. §. 5. Say. in floribus decisi. subtit. de Regulari. decis. 91. Aloys. Ricc. in collect. decis. part. 4. collect. 93. 2. proprie. fin. & in decis. curia. Archiep. Neapol. part. 1. decis. 182. num. 3. & 4. Flores de Mena d. quest. 23. num. 68. Sanctarel. variar. resolut. quest. 48. num. 3. Ego ipse 4. allegat.

37. Regularis deferens habitum coopertum habitu alterius Religionis an incidat in censuras.  
 38. Episcopus Monachus tenetur portare habitum sue Religionis.  
 39. Religiosus factus Episcopus si sine causa habitum Religionis depouat, non incidit in censuras.  
 40. Episcopi Regulari recente colore habentes sue Religionis possunt se conformare cum Episcopis secularibus in forma.

24. & 26. Hieronym. Roderic. d. resol. 101. num. 78. Ros. decis. 175. num. 5. p. 1. recent. & in Toleiana professionis 19. Numeris 1614. corambo. mem. Vbaldo. metuipsum in collect. cap. eum virum. num. 8. de Regulari.

3. Aut enim dicat ante statum, &c. ] Ali huic et profissus possit sine criminis apostasie ad seculum redire? Negat Albol. Ricc. in decis. curia. Archiepisc. Neapol. p. 4. decis. 84.

4. Nisi intra quinquennium, &c. ] Vide Spin. in speculo testamenti gloss. 12. princip. a. num. 62. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 13. q. 5. num. 45. cum seqg. Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. profissio. §. 1. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 4. quest. 10. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori Ecclesiastice. decis. 74. in 1. edit. alias 6. resol. 629. in 2. edit. & in decis. curia. Archiepisc. Neapol. part. 1. decis. 182. num. 4. Stephan. Gratian. discept. forensium. cap. 43. nouissime Tamburin. de iure Abbatum. tom. 3. disput. 6. quest. 25. num. 5.

Vtrum autem idem procedat ex parte Religionis, ita ut ea post quinquennium ejcere non possit Religiosum, quem nouit habuisse in professione alii quem defectum? vide Laurent. de Peirinis tom. 1. de subditio Religioso quest. 1. de obedient. cap. 2. §. 4. Lezana in summa. quest. Regul. cap. 2. num. 7. qui tenent hoc decreto Concilij non obstante possunt Pralatos Religionis etiam transtacto quinque non ejcere Religiosum, quem nouerint habuisse in professione defectum aliquius conditionis irritans illam, quia Concilium solam videtur determinare illud quinquennium pro reclamatione profissorum.

Quinquennium praedictum in professione expressè facta incipere à die, quo quis illam emisit, in tacita verò a die quo fecerit actus solummodo professiis propriis, tradutus Franc. Leo d. cap. 1. num. 4. Azor. d. cap. 4. quest. 10. vers. postremo. Nouari. in lucerna Regul. verb. reclamare num. 3. pag. 223. Tamburin. d. disput. 6. quest. 25. num. 5. & 6. Fr. Ludovic. Miranda d. quest. 30. art. 1. conclus. omnia. proprie. fin. Ego ipse d. alleg. 104. num. 16. Bonacini. d. punct. 10. diff. 4. num. 1. ubi num. 2. refoluit diem illam computandam esse de momento ad momentum, & num. 3. subdit prefatum quinquenniū spatiū computandum esse à die professionis, etiam in illo, qui tunc temporis laborabat ignorantia invaliditatis professionis, aut alio impedimento.

Non reclamantem intra quinquennium, vel quia sicut impeditus, vel quia ignorauit iusta ignorantia suam professionem esse irritam, vel ob defectum atatus posse reclamare etiam post quinquennium, & vt remedio extraordinario beneficii restitutionis in integrum, vt audiatur, resoluunt Nauarri, commento 4. de Regulari. num. 71. vers. tertio. Fr. Emman. quest. regul. tom. 3. quest. 17. art. 16. sub fin. & art. 17. vers. ex quibus. Azor. d. lib. 12. cap. 4. quest. ultim. in fine. Sanchez d. disput. 37. num. 22. Aloys. Ricc. d. resolut. 550. num. 6. vers. tandem, & in decis. curia. Archiepisc. Neapol. part. 1. decis. 182. num. 3. & 4. Flores de Mena d. quest. 23. num. 68. Sanctarel. variar. resolut. quest. 48. num. 3. Ego ipse 4. allegat.

# Sessio XXV. de Regul. & Monial. Cap. XIX. 381

- allegat. 104. à num. 17. Villalob. part. 2. summ. tract. 35. diff. 25. num. 5. 8. & 9. Portel. in dubijs Regular. verb. professio. num. 45. Hieronym. Roderic. in compendio quest. regul. resol. 101. num. 68. Nouar. in lucestrna Regul. verb. reclamare num. 4. Less. de iustit. lib. 2. c. 41. dub. 7. num. 66. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 3. cap. 41. 3. num. 9. & cap. 440. nu. 25. Diana moral. resol. part. 3. tract. 2. resol. 53. Lezana in summ. quæst. Reg. cap. 2. num. 7. vbi ait Concilium in praesenti esse intelligendum, nisi aliter professi allegauerint legitimas causas, ob quas non potuerint intra prædictum tempus reclamare. Tam-  
burin. d. diff. 6. quest. 25. num. 7.
- Contra Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 13. quest. 5. nu. 46. & Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarre. lib. 2. tit. 18. 1. 7. de Religion. num. 19. existimantes elapso quinquen-  
nio dato per hoc decretum non posse prætendenter per vim, & metum se esse ingressum Religionem, recla-  
mare, etiam si toto quinquennio durauerit eadem causa,  
vis, & metus. Item contra Ceual. commun. contra commun.  
quest. 500. in fine. & Bonacim. dicto punto 10. difficult. 4. num. 4.  
arbitrantes in hoc cap. assignari quinquennium ingre-  
dientibus Religionem ad reclamandum contra profes-  
sionem per vim, vel metum factam, ita tamen, ut elapso  
illo quinquennio non competit restituiri.
9. Sed hodie, vt quis possit audiri post quinquennium,  
adit Romæ sacra Congregationem Concil. Tridentin.  
Ieu alteram Regularium negotijs præpositam, quæ prius  
cognitus saltem summi nullitatibus deducendis, & iu-  
sto impedimento non reclamandi intra quinquennium,  
restitutioem illius concedere solet, & ita non semel fie-  
ri vidi, quod insinuant Portel. d. num. 45. vers. circa quod,  
& Hieron. Roderic. d. resol. 101. nu. 71. Niger Cyniac. con-  
trouers. forens. tom. 2. controuerf. 371. num. 37. Nouar. in luce-  
stra Regul. verb. professio. num. 31. pag. 216.
10. Vnde in via Colimbrien. 27. Aprilis 1630. s. Congregat.  
Concil. me informante, concessit restitutionem in integrum aduersus lapsum quinquennij puelle Colimbrien.  
præterentur per vim, & metum parentum ingressam  
monasterium, & professionem emisse, de quo reclama-  
uit intra quinquennium apud consanguineos, & alios  
examinatos, & mortuis parentibus post quinquennium  
apud Collectorem Portugalie, & quod professo fuerit  
facta in 14. et 15. anno.
11. Ad probandam præfatam ignorantiam, vel impedi-  
mentum reclamandi intra quinquennium non sufficit  
iuramentum ipsius ignorantis, vel impediti, licet in alijs  
causis iufficiat, quia transacto quinquenio ius præsumit  
Scientiam habere talis decreti, ite Fr. Emman. in addit. ad  
summ. tom. 1. c. 6. num. 6. Sanchez. d. disput. 37. num. 14. Portel.  
d. verb. professio. num. 50. Hieron. Roderic. d. resol. 101. nu. 72.
12. Minor etate, qui in toto conscientia sua professionis  
nullitatem scit, nec illam ratam fecit, intra quinquen-  
nium, transacto illo adhuc in foro exteriori potest recla-  
mare, allegando iuste ignorantia causam. Quod si sub  
iuramento interrogetur an ignorauerit ius, quod poterat  
intra quinquennium reclamare, licet poterit iurare se  
ignoratio, intelligens apud se habuisse ignorantiam, &  
non scientiam, cum qua ratificauerit professionem suam  
quam præsumit Concilium præsumisse intra quinquen-  
nium, ex quo precipit, vt non audiatur post illud elap-  
sium, sicut qui rogatur à iudice sub iuramento iuridico,  
an transferri per locum, vbi faciat homo occisus, &  
in de index inferat, an sit talis criminis reus, potest vitiose  
licitate iurare nullo modo transire, etiam si à parte rei per  
talem locum ipse transuerit, intelligens intra se non  
transisse culpabilitatem, sed innocentem, quare ita resolu-  
tuimus Sanchez. d. diff. 37. nu. 18. Portel. d. verb. professio. nu. 51.  
Sanctarel. d. q. 48. num. 15. Hieron. Roderic. d. resol. 101. nu.  
73. vbi num. 75. subdit professum absque legitima etate,  
vel sine prævia informatione iuxta constitutionem Sixti  
V. vel ex metu culpabilis ex parte sua non teneri ad rati-  
ficandam professionem, sed posse in Religione persiste-  
re, vñque quod commoda occasio egrediendi se offerat.
13. In dubio intentionis de ratificanda professione intra  
quinquennium, eo transacto præsumitur illam ratificati-  
onem, in dubio enim in favorem Religionis, quæ possidet,  
præsumendum est. Nouar. consil. 13. num. 10. de Regul. Vil-  
lalob. d. diff. 25. num. 7. Hieron. Roderic. d. resol. 101. nu.  
75. in fine. Vide Diana part. 4. tract. 4. resol. 49.
- Non esse in foro conscientia verum professum, & 14.  
Religiosum, qui ob vim, metum, vel aliquod simile pro-  
fessionem emisit, si illam non ratificauit, & solùm in foro  
extero præsumi esse Religiosum resoluant Nauart.  
consil. 23. nu. 5. & consil. 89. n. 6. & 7. de Regularibus. Henric.  
in summ. lib. 11. cap. 6. in commento. & cap. 8. §. 9. in commento.  
Sanchez de matrimon. lib. 7. disput. 37. num. 9. Sanctarel. d. q.  
48. num. 18. Fr. Bartholom. de Vecchis in praxi obseruanda  
in admittendis ad Religionis statum Nouitij: disput. 14. dub. 3.  
num. 5. Rot. in Vlizbonen. professionis 10. Decembris 1621. co-  
ram R. P. D. meo Merlin.
- Vnde in codem foro conscientia non teneri, etiam 15.  
post lapsu quinquennij ex vi voti seruare occulte re-  
gulas Religionis, nec vota, secluso scandalo, tradunt  
Henric. d. q. 9. in commento littera 8. Fr. Emman. in summ. p.  
2. c. 92. conclus. 5. Sanchez. d. lib. 7. disput. 37. num. 56. Azor. d. p.  
1. lib. 12. c. 5. q. 1. Bonacim. d. punct. 10. diff. 1. n. 1. Sanctarel.  
d. q. 48. ex n. 24. vbi 4 n. 21. resoluit quod Prelatus regularis  
cui confitat talis professum non ratificasse suam pro-  
fessionem, potest occulte illum à Religione dimittere,  
etiam elapo quinquennio.
- Religiosum volentem ratificare priorem professio- 16.  
nem irritam, fieri verum Religiosum, nec requiri, vt  
annum nouitiatus iteret, tradunt Nauarr. consil. 27. num. 2.  
de Regularibus. Azor. d. lib. 12. cap. 1. q. 6. vers. si quæs. Portel.  
d. verb. professio. num. 53. Villalob. d. tract. 35. diff. 24. num. 5. 6.  
& 8. Bonacim. d. punct. 10. diff. 1. n. 5. Sanctarel. d. q. 48. n. 33.  
cum seqq. Hieron. Roderic. d. resol. 101. n. 76. Sanchez. d.  
disput. 37. n. 49. cum seqq. Less. de iustit. lib. 2. c. 41. n. 66. Soar.  
tom. 3. de Relig. lib. 7. cap. 1. num. 8. Bartholom. de Vecchis d.  
disput. 14. dub. 5. à princ. vbi declarat multipliciter, & preci-  
piu num. 6. certe non esse iterandum nouitiatum, etiam  
si publica esset nullitas professionis, & nouitiatus, ob  
profesi inhabilitate.
- Consensum, & acceptationem Superioris de novo 17.  
non requiri vbi Religiosus suam professionem irritam  
ratificat, cum Nauarr. Fr. Emman. & alii docet Sanctarel.  
d. q. 48. n. 30. Soar. de Relig. tom. 3. li. 7. cap. 1. n. 16. Less. de  
iustit. lib. 2. c. 41. n. 67. Barthol. de Vecchis vbi supra dub. 4. n. 7.
- Contra Sanchez. de matrimon. lib. 2. disputat. 35. n. 4. &  
lib. 7. disput. 37. n. 64. Bonacim. d. punto 10. diff. 1. existimantes  
in hoc casu non satis esse solo interno actu profes-  
sionem reuocari, sed oportere iterum professionem recipi  
actu extero, & monasterij superiori denuo ad-  
mittente.
- Noratque tamen Sanctarel. d. q. 48. n. 40. cum seqq. ne-  
cessario requiri ad hoc vt professio irrita, valida fiat, &  
conualescat, quod professus scia suam professionem  
esse inualidam, etiamque postea ratificet; cuus tamen  
contrarium videtur censuere factam Congregat. vt te-  
stat Rota in Meten. professionis 2. Iunij 1636. coram R. P. D.  
Carillo, impressa per Tamburin. p. tract. de iure Abbatif-  
sar. decisi. 3. nu. 1. 2. Et idem Sanctarel. d. q. 48. n. 5. vers. dico  
duodecimo. subdit, quod si huiusmodi professus dubitet  
an priorem professionem inualidam ratificauerit, debet  
transacto quinquenio præsumere, quod eam ratificauerit,  
& n. 50. tenet minimè esse credendum profeso dicē-  
ti se intra quinquennium non ratificasse professionem.
- Inhabiles ad profitendum, puti habentes perpetuum 18.  
impedimentum posse reclamare etiam transacto quin-  
quennio, quia istriatione inhabilitatis nunquam præsumi-  
tur tacite professi. neque Concilium loquitur de  
huiusmodi personis, obseruant Nauart. consil. 26. num. 12.  
& ultim. de Regularibus. Bonacim. d. punct. 10. diff. 4. n. 7. San-  
ctarel. d. quest. 48. num. 36. Portel. d. verb. professio. nu. 5. Villa-  
lob. vbi supra num. 8. Hieron. Roderic. d. resol. 101. num. 74.  
Tamburin. d. diff. 6. quest. 26. num. 9.
- Nulliter professio, quia non fuit in eorum informa- 19.  
tione seruata forma præscripta à Sexto V. de qua latè Fr.  
Barthol. de Vecchis in praxi obseruanda in admittendis ad  
Religionis statum Nouitij: disp. 6 posse etiā post quinquen-  
nium reclamare, cuim eorum professio annuletur pro-  
pter bonum commune Religionis, attestatur ab eodem  
Sexto V. declaratum Aloys. Ricc. d. praxi fori Eccles. re-  
sol. 550.

- sol. 550. in fine, quem refero Ego ipse d. allegat. 104. n. 2. Villalob. in summ. part. 2. tract. 3. diff. 25. num. 8. Stephan. Gratian. discept. foren. tom. 3. cap. 420. n. 14. Rota. decis. 175. n. 3. p. 1. recentior. Hieron. Roderic. d. resol. 101. n. 7. vbi subdit hoc debere intelligi in professo ante constitutionem. Clementis VIII I. qui anno Domini 1602. abstulit huiusmodi impedimentum irritans professionem, sine praevia informatione.
21. **¶ Coram Superioro suo, & Ordinario.** ] Regularem deducem intram quinquennium nullitatem professionis, tenerem probare communem coram proprio Superiori Regulari illius monasterij, in quo professionem emisi, & coram Ordinario illius loci, vbi existit monasterium, decisum suisse sub die 1. Decembri 1593. testatur Armend. d. l. 7. de Relig. n. 18. quem refero Ego ipse d. alleg. 104. n. 12. Vide Fr. Emman. tom. 1. quest. 26. art. 2. Ludovic. Beja. respons. casum conscientie part. 4. casu 18. sol. mib. 424. verso. Bonacim. d. punto 10. diff. 2. n. 3. Nauar. in iuerna Regular. verb. nullitate 1. pag. 177. Tamburin. d. tom. 2. diff. 6. q. 26. n. 3.
22. Superior autem, cui commissione super nullitate professionis ex pre scripto Concilij in hoc loco directa sunt, vna cum Ordinario, intelligitur de Superiori monasterii, non Religionis, ita Scl. in scel. Canon. c. 80. n. 10. vbi refert decimum in Miser. & Romana 7. Aprilis 1629.
23. Vnde colligit Aloys. Ricc. in praxi aurea resol. 20. resolutum suisse causas nullitatis professionis nulle ita proponendas esse coram superiori & Ordinario copulatiue, vt si superior per se solum professionem nullam declarat, Religiosusque e monasterio ejiciat, illum teneatur ad monasterium reuocare, refert Tamburin. d. tom. 2. diff. 6. quest. 26. num. 3.
24. **¶ Quod si antea habitum, &c.** ] Vide Nauarr. dict. comment. 4. de Regal. n. 77. & 78. Azor. d. pars. 1. lib. 12. c. 4. q. 10. in fine. Frane Leo d. cap. 1. n. 42. Portel. d. verb. professo n. 46. Fr. Ludovic. Miranda d. q. 50. art. 6. in princip. & conclus. 1. assert reclamationem de nullitate professionis facienda esse cum habitu, atque habitu Religionis retento, alias reclamantem non exaudiri, referto Ego ipse d. alleg. 104. n. 12. Lezana d. e. 2. n. 8. Dimensionem tamen habitus non impide vi Regularis non audiatur super nullitate professionis, si postea eundem habitum rea sumat, resolunt Campan. in diversis Canon. rubr. 12. c. 11. n. 18. Suar. de Relig. tom. 2. lib. 7. e. 3. n. 14. Portel. in dub. Regular. verb. professionis nullitas num. 45. Gratian. d. e. 423. num. 7. & 8. Villalob. in summ. tom. 2. tract. 3. diff. 25. n. 4. Diana moral. resol. pars. 2. tract. 2. resol. 53. in fine. Tamburin. d. tom. 2. diff. 6. quest. 26. num. 2.
25. Et hoc esse intelligendum, quando habitum temerè absque causa dimisit, ac proinde si haberet in sanctam causam dimittiendi, debete audiri traditum Azor. d. e. 4. q. 10. vltim. Nauarr. d. comment. 4. n. 41. vltim. Fr. Emman. tom. 2. q. 17. circa med. Sanchez d. lib. 7. diff. 37. n. 3. Aloys. Ricc. in decisum Caxia Archiepiscop. Neapolitan. decis. 48. n. 7. & 8. p. 4. Bonacim. d. punto 10. diff. 3. n. 1. Tamburin. d. tom. 2. diff. 6. q. 26. n. 2. Quodque etiam intelligendum est procedere in foro exteriori, non in interiori, si causa sub sit alter faciendo, Lezana d. cap. 2. num. 8.
26. **¶ Transferatur ad laxiorem Religionem.** ] Nullum Regularem vigore cuiuscunque facultatis se transferre posse ad laxiorem Religionem, tradunt Nauarr. consil. 56. n. 3. de regularibus. Sayr. in floribus decis. sub eod. tit. decis. 55. Azor. d. pars. 1. lib. 12. c. 14. q. 12. vers. in Consilio Tridentino. Aloys. Ricc. in collect. decis. p. collectan. 521. Stephan. Gratian. discept. foren. 1. n. 4. Valer. Reginald. in praxi fori panis. lib. 18. c. 19. n. 4. 12. i. um seq. late Fr. Joan. à Cruce de statu Relig. lib. 1. c. 7. dub. 3. Barthol. à S. Fausto in thesau. Relig. Is. 5. q. 345. Bonacim. de clausura, & panis eam violentibus impositis q. punto 9. § 3. diff. 1. n. 13. Fagundez in quinque Ecclesia præcepta. præ. 1. lib. 8. cap. 5. num. 4. Villalob. in summ. pars 2. tract. 35. diff. 13. Portel. in dub. regul. verb. Religionis transitus. Hieron. Roderic. in compend. quest. regul. resol. 123. à num. 55.
27. Ad transeundum enim ad laxiorem Religionem nulla legitima causa existente solum Romanu Pontificem posse licentiam concedere, resolunt Nauarr. consil. 88. p. 2. de Regular. in nouis, & commento 4. de Regularibus nu. 10.
- versic. 2. addo. Fr. Emman. tom. 2. quaest. 52. art. 10. Azor. dict. cap. 14. quest. 8. in fine. Less. de iustit. lib. 2. cap. 1. dub. 13. num. 102. Fr. Ludovic. Miranda in Man. Prelat. tom. 1. quest. 31. art. 5. conclus. 3. Sanchez in precepta Decalogi tom. 2. lib. 6. c. 7. num. 67. Stephan. Gratian. d. c. 434. num. 6. Soar. de Religione tom. 4. lib. 2. c. 11. num. 17. cum multis feug. Anton. Ricciul. de iure personar. extra gremium Ecclesiæ existentium lib. 8. c. 4. num. 1. Hieron. Roderic. d. resol. 123. nn. 63. Fr. Bartholom. de Vecchis in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nonitij diff. 15. dub. 5. num. 1. Huicmodi autem transitus sic abique iusta causa factum, Religionum in foro conscientia tutum minimè reddere, obseruant Nauarr. d. conf. 88. num. 2. Stephan. Gratian. d. c. 434. num. 17. Fr. Ludovic. Miranda d. q. 31. art. 6. Anton. Ricciul. d. c. 4. n. 3. Bartholom. à S. Fausto d. lib. 5. q. 347. Fr. Emman. tom. 2. summ. c. 113. num. 7. Hieron. Roderic. d. resol. 123. nn. 91. & 65.
- Et ideo Papam non soletere concedere licentiam transiudi ad laxiorem, nisi ex iustis, & legitimis causis pluries in facti contingentiæ se expertum suisse refert Anton. Ricciul. d. c. 4. num. 4. qui licet ibidem in vers. dubitari solet, teneat non requiri hoc casu derogationem Concilij in praesenti, contrarium tamen tanquam tutius resolunt Nauarr. consil. 62. alias 65. in fine, de Regularibus. Stephan. Gratian. d. cap. 434. num. 20.
- Existente legitima causa, posse Praelatum, Pontifice inferiorem, dispensare Regularem ad laxiorem Religionem, quamvis ad Pontificem facilis sit aditus, concludunt Nauarr. commento 4. de Regularibus num. 11. vers. quintu. Fr. Ludovic. Miranda d. q. 31. art. 6. conclus. 3. Fr. Emman. d. tom. 3. q. 52. art. 9. statim in princ. Sanchez in precepta Decalogi tom. 2. lib. 2. c. 7. num. 53. Bartholom. à S. Fausto in thesau. Relig. lib. 5. q. 345. in princ. Sanctare. de apostol. 8. num. 27. Fr. Bartholom. de Vecchis d. dub. 5. ex num. 2. & ex num. 7. probat ad hunc transitum legitimè faciendum necessarium, vna cum licentia superioris assensum Conuentus.
- Ad decretem Concilij in praesenti prohibentis Regularem cuiuscunque facultatis transferri ad laxiorem Religionem, respondent initia citandi intelligendum esse sine iusta causa, & sine consenti Capitulo, aut non præmissa cause cognitione, vt olim interdum fiebat ab aliquibus Praelatis obtentu suorum priuilegiorum; non autem per facultates cum iure communi congruentes, quales sunt, quæ conceduntur iustis de causis, & feruato debito iuri ordine, ita Nauarr. consil. 56. num. 2. de Regularibus, & commento 4. de Regularibus. 11. Sayr. d. decis. 55. Fr. Emman. in summ. tom. 2. c. 6. num. 8. Azor. d. lib. 12. c. 15. q. 1. Less. de iustit. lib. 2. c. 41. dub. 13. num. 103. Sanchez d. c. 7. nn. 68. Barthol. à S. Fausto d. lib. 5. q. 345. num. 2. Fr. Ludovic. Miranda d. q. 31. art. 13. ad fin. Fr. Bartholom. de Vecchis d. dub. 5. num. 6.
- Legitimas, & iustas causas, quibus dispensari possit Reguligiosus, quatenus de vna Religione ad aliam laxiorem transire valeat, addudunt Doctores infra citandi, veluti si Religionis, qui ob infirmitatem, aut corporis debilitatem ferre nequeat auferitatem Religionis, ad quam se primo contulit, ita Sylvest. verb. Relig. 4. q. 22. Less. d. lib. 2. c. 41. dub. 13. num. 102. Fr. Emman. d. q. 3. art. 9. Azor. d. c. 14. q. 8. vers. quares. Sanchez d. c. 7. num. 72. Fr. Bartholom. de Vecchis d. diff. 15. dub. 6. num. 2. Hieron. Roderic. d. resol. 123. nn. 64. Aut si Religionis in priori Religione odio habeatur a ceteris Religionis, aut indignus, & malè tractetur, secundum Azor. & Sanchez citatis locis. Aut si alijs sit exodus, Reginald. in praxi fori panis, lib. 18. c. 29. num. 414. Aut si propter suam simplicitatem non intellexit sufficienter regulam, vel constitutions tempore professionis, & postea vult laxius vivere, aut si habens parentes in gratia necessitate constitutos, non possit in priori Religione corum necessitatibus succurrere per modos sua regulæ congruentes, Fr. Emman. d. art. 9. Sanchez citato loco, Fr. Ludovic. Miranda d. q. 31. art. 6. conclus. 2. Fr. Bartholom. de Vecchis d. diff. 15. dub. 6. num. 2. vbi dub. 7. resoluit difficultatem grauen, quam experitur Religionis in obseruandis sua Religionis auferitatis esse sufficientem causam ad dispensandum ad laxiorem Religionem, si ratione hu-

## Sessio XXV. de Regul. & Monial. Cap. XIX. 383

- ne huius difficultatis vehementer transgressionis regula, seu statutorum probabilitas immineat, & dub. 3, tenet superiorum antequam dispenset subditum ad laxorem Religionem, debere cause huius dispensationis cognitionem praemittere.
32. Regularibus ad strictiorem Religionem transfire voluntibus, si benevolos in ea inueniant receptores, ac deuotionis seruare ducet, non autem aliquius criminis perpetrati pœnam subterfugitur, sufficit petita, licet non obtenta licentia a suis Superioribus, Aldan, *in compendio Canon. resol. lib. 3. tit. 16. num. 1.* vbi refert ita fuisse resolutum per S. Congr. Episcop. sub die 13. Septembris 1583.
33. Religiosi Ordinis Sanctissime Trinitatis non possunt ad alium quemcunque etiam Mendicantum Ordinem se transferre, nisi petita a superioribus licentia, cognataque, & approbata prius ab eadem S. Congregat, transitus causa, ac inuentis in Religione, ad quam transfire intendunt, benevolis receptoribus, nec non seruata, vbi opus fuerit, feliciter recordat Sixti Papa V. constitutione sub die 15. Martij 1516, cuius meminit Tamburin. d. tom. 3. disput. 7. quest. 2. num. 8.
34. Regulares Ordinum Mendicantium non possunt transfire ad alium Ordinem, præterquam ad Carthusianos, inter quos postmodum Mendicantes huiusmodi iuxta constitutionem Clementis VIII, voce actiuæ, & passiuæ carent, atque ad quavis officia, & ministeria, ac gradus istius Religionis perpetuo inhabiles existunt, ita Aldan, d. tit. 16. num. 3. vbi dicit ita recripsisse eandem S. Congr. Generalis Cartusianorum de mens. Martij 1596. Idem minores oblerantes non posse ad Minimos transfire nisi de licentia summi Papi. & è conuerso per Constit. Pij V. confirmata a Gregorio XIII. attestatur Tamburin. d. tom. 3. disput. 7. quest. 2. num. 9.
- Patres Societatis IESV post missa vota secundum eorum Constitutiones, non possunt ad aliam Religionem transferri, excepta Catholica, nisi de expressa licentia Praepositi generalis eiusdem Societatis, aut Sedis Apost. Ita Tamburin. d. tom. 3. disput. 7. quest. 2. num. 9.
- Capuccini ad laxorem Religionem absque speciali Sedis Apostol. licentia transfire non possunt: ad Cartusienses vero, seu quemcunque alium Ordinem, vel Congregationem, nisi de Ministeri generalis pro tempore existentis licentia in scriptis obtenta quouis pretextu, aut ex quavis causa transfire non possunt. Ita S. D. N. Urbanus VIII in sua constit. incip. In iuncti, 9. Augusti 1628. cuius meminit Tamburin. d. tom. 3. disput. 7. quest. 2. num. 11. & ex Bartholom. de Vecchis in praxi nouit. dis. 15. dub. 3. num. 6. dicit quod nullus Capuccinus ad Ordinem iancit Francisci de Paula, & nullus frater sancti Francisci de Paula ad Capuccinos vlo vñquam tempore, & quantuncunque intellissima causa etiam de licentia suorum Superiorum se transferre potest.
- Cætera, que occurrere possunt circa materiam transfeundi de vna Religione ad aliam, & quis possit licentia
- concedere, latè tractauit in collect. ad cap. licet 18. de Regularibus, & ibi citatis addo nouissimè Tamburin. de iure Abbatum tom. 3. disput. 7. q. 1. cum seqq.
- <sup>1</sup> Occultè ferendi habitum, &c.] Vnde Iacob. de Graff. in 35. aures decis. p. 1. lib. 3. c. 5. de Regularibus num. 72. Fr. Emman. regular. tom. 2. q. 76. artic. 3. Soart. tom. 5. de censur. disput. 23. sed. 4. num. 34. Valer. Reginald. in praxi fort. parvus. lib. 18. num. 406. Fr. Ioan. à Cruce de stat. Relig. lib. 1. cap. 7. dub. 4.
- Habitu sine causa occultatem eo modo, ut à circu- 36. stantibus cognosci nequeat, cuius Ordinis Religiosus ille sit, incidere in excommunicationem contra dimitten- tes habitum latam, tradunt Caietan. in summ. verb. excom- municatio. cap. 61. Nauart. in manual. cap. 27. num. 131. Ba- fies 2. 2. disput. 1. quest. 1. 2. punto 1. in fine, Fr. Emman. tom. 1. quest. 2. artic. 2. & tom. 2. quest. 76. artic. 6. notab. 2. Azor. d. part. 1. lib. 12. cap. 13. quest. 5. cap. 16. & cap. 17. quest. 10. Galet. in margarita casuum conscientie, verb. Religiosi. pag. 226. Coriolan. de cassibus reservatis. pars 1. cap. 2. de apostasia. 37. n. 2. Sanchez in procepta Decalogi. tom. 2. lib. 6. c. 8. num. 63.
- Quod si Regularis deferat habitum cooperatum habi- tu alterius Religionis? Vide Aloys. Ricci. in decis. curia Archiep. Neapolitan. decis. 214. pars 4. & quid si sua Religionis habitu deposito alterius Religionis amictum as- sumat, vide Sanchez d. cap. 8. num. 65.
- Episcopum Monachum teneri portare habitum suu 38. Religionis, nec posse super illum vestibus Episcopali- bus indui, docent Henriquez in summ. lib. 10. cap. 32. §. 5. & cap. 33. in fine, Valent. 2. 2. disput. 10. quest. 3. punto 8. Azor. d. lib. 12. cap. 7. q. 4. Fr. Emman. in summ. par. 2. cap. 10. num. 4. Less. de iust. lib. 2. cap. 40. dub. 1. 4. num. 113. Petri de Ledesma in summ. part. 2. tract. 32. cap. 3. ad fin. Fr. Ioan. à Cruce d. lib. 1. cap. 1. dubit. 4. Sanchez d. lib. 6. cap. 6. num. 22. Bartholom. à S. Fausto in thesauro Relig. lib. 6. quest. 199.
- Religiosum factum Episcopū, si sine causa habitum 39. Religionis deponat, in excommunicationem non incide- re, censem Azor. d. lib. 12. c. 7. quest. 4. Fr. Emman. tom. 2. quest. 58. artic. 3. Sanch. d. cap. 6. num. 23. Bartholom. à S. Fausto d. lib. 5. quest. 200. Sanctarel. de apostasia. cap. 1. num. 15. Bonac. de clausura. & penit. eam violentibus impositis, q. 2. punto 2. num. 26.
- Contra Maiol. de irregularib. 2. cap. 1. num. 13. Ful. Pa- cian. consil. 132. num. 42. volum. 1. Surd. de alimen. tit. 8. pri- uil. 79. num. 10. Henr. lib. 10. cap. 33. in fine, & alios existi- mantes Episcopum Regulari omittentes habitur, & assumendo illam albam, & candidam vestem, que ab Episcopis exteriori defertur, incurrit excommunicationem latam contra Monachos omittentes habitum in cap. 2. ne clerici, vel Monachi. lib. 6.
- Adiutavit Sanchez d. cap. 6. num. 2. & Bartholom. à 40. S. Fausto d. quest. 200. num. 5. quod in Rituale Romano per Clementem VIII. reformato concessum est Episcopis Regularibus, ut retento colore habitus suu Religionis possint se conformare cum Episcopis secularibus in forma, seu figura illius, & ita seruantur modo in praxi.

Abbates, vbi sunt Ordinum Capita, & ceteri superiores Ordinum Episcopis non subiecti, visitent monasteria & Ecclesiæ sibi subiectas.

### C A P V T X X .

- <sup>1</sup> Abbates, & alijs Regularium profecti habent ius visitandi monasteria, aliaque loca sibi subiecta.
- 2 Episcopi non possunt visitare Ecclesiæ Ordinum Militarium exigendo rationem à Rectoribus.

**A**bbates, qui sunt Ordinum Capita, ac ceteri predicatorum Ordinum Superiores. a Episcopis non subiecti, quibus est in alia inferiora monasteria, Prioratusve legitima iurisdictio, eadem illa sibi subdita monasteria, & Prioratus, suo quisque loco, atque ordine, ex officio visitent, etiam si commendata existant. Quæ cum Ordinum suorum Capitibus subfint, declarat sancta Synodus, in ijs, <sup>a</sup> Supra sess. 2. 1. de refor. cap. 8.

qua alias de visitatione monasteriorum commendatorum definita sunt, non esse comprehensa, teneanturque quicunque predicatorum Ordinum monasterijs presunt, predictos Visitatores recipere, & ilorum ordinationes exequi. Ipsa quoque monasteria, qua sunt Ordinum Capita, iuxta sanctæ Sedis Apostolicæ, & cuiusque Ordinis constitutiones visitentur. Et quamdiu durabunt huiusmodi commendæ, Prioræ claustrales, aut in Prioratibus Conuentum habentibus, Superiores, qui correctiones, & spirituale regimen exercent, à Capitulis generalibus, vel ipsorum Ordinum Visitatoribus instituantur. <sup>b</sup> In ceteris